



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Et de Societate futurum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Divinitus co-  
gnoscit se pro-  
futurum Ec-  
clesiae.*

quædam in Brabantia, quæ disertè ei prædixit, fore  
tempus, cùm ille multum Ecclesiæ Dei opera sua  
& scriptio commodaret. In oppido verò Arn-  
hemio procul Nouiomago duobus miliaribus  
mēsura gentis, vidua fuit celebris sanctitatis, quæ  
cùm item à Canisio inuiseretur, ante Societatis  
nostræ auditum nomen, afflata diuino Spiritu,  
*Et de societa-  
te futurum.* vaticinium ei in hanc sententiam edidit. Tu in-  
quit, fili cooptaberis in nouum quendam Sacer-  
dotum Ordinem, quem in Ecclesia sua ad refor-  
mationem eius, ac multorum salutem parat De-  
us. Ego eos per visum vidi, & te ad eos adiungi.  
Graues erunt viri, docti, modesti, Deo pleni, & ani-  
marum caritate præditi. Bono igitur fac sis animo,  
& spe huiuscmodi te sustenta; nam breui à Deo  
potieris hoc dono. Ita Deus quod maximè ad opus  
delegisset, ac destinasset suum illum famulum  
(quodcum plerisque virorum insignium consue-  
uisse legimus) non obscuris eidem oraculis præ-  
monstrauit. Qui & hæc ipsa iam senior literis cōsi-  
gnauit, & de profectu ex notitia & colloquiis reli-  
giosarum eiusmodi fœminarum, Deo gratias a-  
git his verbis. Non possum hic obliuisci bonarum  
sanctorumque mentium quas puer, & adolescens  
sum

*Proficit col-  
loquiis sa-  
cerdarum vir-  
ginum.*